



G H W

1 6 2 4



Disciplinae Speculativae generales à se invicem per abstractionem à materia
 sensibili ita distinguuntur, quae triplicem modum habet abstrahendi à ma-
 teria Physica et Sensibili, quorum singulas singula etiam convenit Discipline:
 1. Si abstractio fit solum à materia signata i. singulari, quo modo homo abstra-
 hitur à materia non, omni, sed singulari solum seu conditionibus individualibus,
 et talis abstractio est, quae assignatur Physica. 2. Alia abstractio fit à materia et signata
 et universaliter secundum rationem; Quomodo dicuntur ea abstrahi, quae in materia
 eadem reperiuntur, sunt, et existunt solum, sed tamen tunc abjunguntur in apprehensione
 sua ab omni materia sensibili: Sic quantitas quidem per se est in materia sensibili,
 sed tamen à mathematico apprehenditur sine materia sensibili: et ejusmodi ab-
 stractio secundum rationem competit Mathematici. 3. Alia denique abstractio est, quae
 fit à materia secundum rem et rationem, uti solet in iis, quae non solum in ap-
 prehensione intellectus sine materia concipiuntur, sed etiam reperiuntur, et saltem
 ut sic materiam non habent. Quo modo DEUS et Angeli abstrahunt à materia se-
 cundum rem et rationem, quia hi nec apprehensione mentis concipiuntur cum materia,
 nec etiam aliqui vere habent materiam, et hic estis modus, quem Metaphy-
 sica sibi unice vendicat.

In Metaphysicis alia tractantur per se et immediate et propter disci-
 plinam ipsam: alia à mediata et per accidens, et propter disciplinas
 alias, quarum subiecta praecognoscere debet Metaphysica.

Ob K. F.
 W. F.

iz JC

Signat!

~~SSI~~

DISPUTATIONUM
METAPHYSICARUM
DECIMA SEXTA,
De
UNIVERSALI & SIN-
GULARI,

Itemq̄
COMMUNICABILI ET IN-
COMMUNICABILI,

Quam
Auspicio Divini numinis
SUB PRÆSIDIO
M. JOHANNIS SCHARFII,
Croppenstadiâ Halberstadenſis Saxonis,
Amplifs. Facult. Philof. Adjuncti,

In
incluta WITTEBERGENSIUM ACADEMIA
Publico examini submittit
JOHANNES KHOLLBURGENSIS
SAXO.

Ad diem 21. Febr. horis à. 7. matut.
In Auditorio Veteri,



WITTEBERGÆ,
Ex Typographéo CHRISTIANI THAM,
Acad. Typogr.

ANNO M DC XXIV.

Faint, illegible text on aged paper, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or index of some kind, but the characters are too faded to be transcribed accurately.





DISPUTATIONIS METAPHYSICÆ
DECIMÆ SEXTÆ
CONTINUATIO.

Rost doctrinam *Totius & partis* rectè sequitur
genera & Universalis & singularis. Primò enim hi etiam termini
fundantur in uno, & ex ente quò unum est, derivantur, adeo-
que ens mediante unitate denominant. Deindè *universale in*
se rationem totius obtinet, ut & singulare. Notum enim est, quomodo ex Ari-
stotele maxima pars Philosophorum, *Totum aliquod faciat universale, & indi-*
viduale. Quia itaq; modò egimus *de universali* sub ratione *Totius*; nunc
accuratiùs & distinctius illud volvamus, ejusque naturam in sese simplici-
ter spectatam paulò altiùs discutiamus, oportet. Tandem inter affectio-
nes entis mediatas, ex uno quasi resultantes ultimâ vice succedit *Communi-*
cabilitas & Incommunicabilitas entis, de quibus etiam in hac disputatione li-
cet disquirere. Quia enim termini universales & transcendentis sunt, il-
lorum consideratio ad Metaphysicam non immeritò solet referri. Et qui-
dem huc meritissimè, cum *ad rationem universalis in primis sequatur Communica-*
bilitas. Illud enim semper debet esse commune multis, itemq; *ad rationem*
singularis sequatur Incommunicabilitas, juxta illud vulgare: *Omne singulare*
est Incommunicabile, de cujus sensu modo dicitur.

CAPUT I.

DE UNIVERSALI & SINGULARI.

THESIS I.

Opinamur quod *omne ens rectè dici queat vel universale vel*
singulare. Etenim primò datur natura entis, cui non repu-
gnat multiplicitas aptitudinalis, & relatio ad plura inferiora,
quæ exindè fit universalis. Deinde datur natura entis, quæ
planè non admittit multiplicitem & relationem ad plura

inferiora, qualis est *Deus Opt. Max. & substantia prima*. Hæ ergo erunt planè singulares.

II. Ex quibus aperte elicitur, quod *in Ente reperiatur Universalitas & Singularitas*, adeoq; ipsum Ens rerum disjuncto modo denominetur vel Universale vel Singulare.

III. Et hoc quidem *non per accidens, sed per se*. Nam reperiuntur *natura Entis, in quibus Universalitas fundatur*, uti sunt *res create*. Hæ enim ita se habent in sua essentiâ, ut aptæ natæ sint multiplicari in pluribus. Præterea reperitur *Natura quæ ex vi suæ essentiæ est singularis, ita, ut ipsi Universalitatem sine contradictione non possimus attribuerè*: qualis est *essentia Dei*, quæ ita una est, ut absurdum sit & impium, etiam in Philosophia, plures statuere Deos. Proindè potero ita dicere: *Ens quatenus est vel Universale vel Singulare*: item, *in omni Ente reperitur Universalitas vel Singularitas*.

IV. Sed dicis *omne Ens extra intellectum esse singulare juxta illud Aristotelis: Omne quod est, eo ipso, quod est, singulare est*. Ergo nullum Ens erit per se Universale. Ergo potius dicendum erit, quod Singularitas sit unita Entis affectio, non verò disjunctim cum Universalitate exhauriat entis latitudinem. Respondeo 1. Concedendo *quoad actualem substantiam rerum*, quod ita omne Ens actu sit singulare: Interim & hoc concedendum erit, quod *omne Ens creatum habeat potentiam sive aptitudinem, ut fiat universale*, quæ aptitudo sufficit ad denominationem Universalis. 2. Limitando axioma Aristotelicum *ad certum Entis statum*. Loquitur enim de Ente, prout *radicatur in individuis, adeoq; prout participaliter consideratur*, non verò de Ente ut sic, quatenus ens est & quatenus nominaliter sumitur, saltem sequitur ergo indè, quod omne Ens in statu existentiâ sit singulare.

V. Ergone dicis, *est affectio Entis unita & singulare?* Non sequitur: Distinguendum est *inter diversam Entis quæ Entis suppositionem, nec non distinctum Entis statum sive Entium repræ-*

repræsentationem. Ens est singulare, quatenus materialitèr & fundamentaliter consideratur, hoc est, personaliter supponit, uti summulistæ loquuntur, ex P. Hispano in tract. Parv. Logical. At vero *Ens quatenus Ens itidem est singulare, sed non in sensu unito: Aliàs omnis ratio in Ente esset singularis, & ita non daretur non-singulare*, quod est apertè falsum, uti constat è dictis, quia in Ente datur multiplicitas aptitudinalis & relatio ad plura inferiora. Ergo singulare habet oppositum. Ergo non est affectio unita.

V I. Hisce præsuppositis, nos cum *Combacio lib. Metaphys. cap. 21.* statuimus, quod omne Ens sit aut Universale aut singulare: Itaq; primò *de Universalis essendi ratione*, hoc est, de universalitate Entis quâ Entis, dispiciemus.

V II. *Universale* considerari potest vel *juxta nomen* vel *juxta rem*. Vox *Universalis* est valdè ambigua. Nam i. accipitur *pro Universalis in propositionibus*, & potissimum in Necessariis, quomodo *Aristot. 1. post Analyt. Contextu: 11. ait.* καθόλου ἢ λέγω, ὅ καὶ καθ' ἅπαντας τε ὑπάρχει, καὶ καθ' αὐτὸ, καὶ ἢ αὐτὸ, hoc est universale dico, quod & de omni est, & per se & quatenus ipsum. Et sic *propositio demonstrativa, quæ est reciproca, saltem est Universalis*. V. g. omnis homo est rationalis. Item corpus est quantum & similes, quæ ex terminis convertibilibus constant. Unde convertere licet. Ergo *omne rationale est homo, item omne quantum est corpus*. Alio modo *Universale* accipitur *pro modo seu nota*, quæ denotat Enunciationem Universalem, & significatur per dictiones *Omnis, Nullus* &c. Uti est apertum ex Zab. post *Analyt. ad cap. 4.* Et hoc dicitur *Universale in distribuendo*, de quo Logici agunt in doctrina Enunciationum, & præsertim P. Hispanus tract. 7. *Summul. Log. Buridanus super Hisp. Petrus Tataretus ibid. Doctores Colonienses* &c. 2. *Universale* dicitur *in causando*, quod nihil aliud est quàm *causa universalis & indifferens ad plures effectus producendos*, ut DEUS, cœlum, sol &c. Et hoc admo-

dum equivoce dicitur *Universale*. Nam illa causa ex se, & in se
revera est *singulare Ens*, habens realem unitatem singularem,
seu numericam: saltem dicitur quasi *Universalis* in objecto,
quia ad plures effectus ejus virtus extenditur: Sicut intelle-
ctus & voluntas dici solent *potentie Universales* objective, quia
circa omnia Entia versantur: Et *sensus communis* respectu
externorum dici etiam potest eodem modo *Universalis*,
quamvis in se unus & singularis sit. Suarez disp. 8. Sect. 8.
3. *Universale* dicitur *in representando* & *significando*, quod
est species vel signum abstrahens ab hinc & nunc, quatenus
representat notionem pluribus convenientem. Quæ speci-
es vocatur *Universalis non in se, sed propter representationem*.
Representat enim rem *Universalem*, sed tamen in se est sin-
gularis, sive sumatur *in nominibus*, quæ à Dialecticis Ter-
mini communes vocantur, sive *in speciebus intelligibilibus, si-
ve in conceptibus formalibus*, sive deniq; *in quavis imagine*
quacumq; ratione fingatur representare uniformiter plura.
Quicquid enim fit hujusmodi representans in se unum sin-
gulare individuum est, & solum ex parte objecti vocatur
Universale, quia significat vel representat plura. Suarez
dicto lib. Hinc etiam sumitur *Universale in cognoscendo*,
quod nihil aliud est, quam species, quæ in intellectu sive cogniti-
one nostrâ representat *Universale*, de quo rectè monet Dn.
Scheibl. lib. 3. Metaph. cap. 7. § 5. quod illa species dicatur
Universalis non in se, sed propter representationem. Repre-
sentat enim rem *Universalem*, sed in se est singularis. 4. *Uni-
versale* dicitur *in predicando*, quod ita sumitur, nō pro prædi-
catione *Universali*, sed pro conceptu uno communi, cui
non repugnat inesse multis, & consequenter prædicari de
multis, scilicet quatenus de multis dici potest, sive quatenus
ordinatur ad prædicari, accipit denominationem: *Universa-
lis in predicando*. Hinc 5. est *Universale in essendo*, quod ita
dicitur, quia aptum natum est pluribus in esse. Hoc est, quod
Scholasticum *Universale* à prædicabili distinguant in eo, quod *Uni-
versa-*

versale definiatur per esse IN, sed predicabile (Universale in prædicando) describitur per dici D. E, Coloniens. in Porphyr.

VIII. Posteriora hæc duo Universalia (nempe in Essendo & prædicando) sunt potissima & hujus loci. *Universale quidem in prædicando est Metaphysica considerationis, quatenus quoad rem coincidit cum Universalis in Essendo.* Notum enim est, quod Metaphysica consideret *non repugnantiam essendi* in multis: Logico autem relinquat aptitudinem prædicandi evolvendam.

IX. Benè monet Suaretz. *Universale in Essendo, vel nullum est, vel in re coincidit cum Universalis in prædicando, solusq; nomine & habitudine rationis differunt.* Ideo enim de multis prædicari potest, quia in eis est per identitatem aliquam. Sed ratione prioris habitudinis in ordine ad esse appellatur *Universale*, ratione verò posterioris habitudinis in ordine ad prædicationem vocatur *prædicabile*: Unde dici solet à Dialecticis esse *prædicabile*, esse quasi passionem seu proprietatem Universalis.

X. Itaq; nunc de *Universalis proprie dicto*, (quod est in essendo & consequenter in prædicando) hic acturi recognoscimus illud, ipsam entitatem rei afficere, denominando ens multiplicabile juxta modum inessendi multis, ita ut cum singulari, cui opponitur, disjunctim exhauriat totam entis latitudinem, sicuti modò dictum est. Quod ipsum Dn. Scheib. haud obscure docet lib. 1. *Metaph. cap. 7. tit. 5.* hisce verbis. *Universale in essendo est, quod intelligitur, cum Ens dividatur in Universale & singulare:*

XI. Veruntamen & hoc *Universale in essendo* adhuc multipliciter dicitur, ut rectè notat Scheibl. dicto loco. Nam *Ens Universale* aliquandò sumitur *comparatè*, aliquandò *absolutè*. *Comparatè* sumitur pro eo, quod est *magis Universale*: Sicuti etiam *singulare* dicitur pro omni, quod contrahit aliquid superius, sive aliàs sit individuum sive *Universale*. Ita sumitur *Universale* 2. *post. Analyt. t. 82.* quando ait Aristoteles. *Facilius definitur singulare, quam Universale*, hoc est, minus *Universale*, quam magis *Universale*. Aliquando sumitur *absolutè pro omni eo, quod singulari sive individuo contradistinguitur*, sive sit in superiore sive in inferiore gradu Universalium. Sic *Universalis* dicuntur *Corpus, Animal, Homo*. At individua sunt *Petrus, Paulus, hæc ruta*.

XII.

XII. Aliter adhuc accipit solet ab Aristotele Universale. Nam 4. *Metaph. text. 10. Universale dicitur id omnes, quod quoque modo est aliquid superius in Communicabile predicandi, quo sensu Ens dicto loco vocatur Universale. Similiter omnia transcendentia sic sunt Universalia; Item aliter sumitur Universale pro eo, quod naturam habet determinabilem per supervenientes differentias specificas vel individuales. Quo sensu Aristoteles negat Ens esse Universale quid. 4. *Metaph. cap. 2. Confer. Suarez Disput. 6. Sect. 8. num. 12. 13. Sic Genus & species duntaxat sunt Universalia.**

XIII. Hæc de Voce vel Nomine Universalis. Porro juxta rem consideratur Universale, tum *ratione existentia*, tum *ratione essentia*. Illo modo quæritur. *An sit?* Hoc est. An detur aliquod Ens Universale & quomodo? Quâ de re alibi prolixius agetur. Hic duntaxat illa *communis τὸν καθόλου distinctio* notetur, quâ dicunt Universalia esse vel *ante multa*, vel *in multis*, vel *post multa*. *Universale ante multa* dicitur illud, quod Plato statuit *realiter sejunctum ab omni singulari*, vocavitq; *exemplar, speciem & Ideam communem*, juxta quam Ideam Universalem omnia Singularia hoc in mundo sublunari efformentur & producantur. E. g. *Putabat Plato, præter singulos individuos homines dari adhuc unum hominem Universalem ab omnibus individuis hominum separatum, & in certo ubi, nempe sub concavo lune positum. Qui homo Universalis sit quasi exemplar commune, secundum quod omnes singulares homines generarentur in mundo. Unde ipsum vocitabant Ant hominem. Simile figmentum posuit in aliis quoque speciebus. In specie leoninâ finxit Anteleonem. In Asinâ Antasinum &c. Ita scilicet ex Aristotele lib. 1. *Metaph. cap. 6. & 7. Item ex lib. 7. *Metaph. cap. 14. & 15. &c.* Opinionem Platonis multi recensent Philosophi. Confer *Connibr. in Comment. Log. ad Isagog. Porphy. cap. 1. quest. 1. Tol. in lib. Porphy. de quinque predicab. quest. 2. &c.***

XIV.

XIV. Aliàs hoc Universale appellari solet *Universale Metaphysicum & Abstractum*. Eò, quod reipsà statuatur separatum ab individuis, adeoque reipsà abstrahat ab omni mutatione & contractione. Item quod considerationis Metaphysicæ sit de tali abstracto Universali disquirere. Suarez Disputat. Metaph. Sect. 8.

XV. Hoc Universale ità explicatum planè non datur, sed est purum figmentum. *Impossibile enim est, Universale actu & reipsà esse sejunctum ab omni individuo*. Etenim fundatur in singulari, & est de essentiâ singularis. Confer Arist. 1. post. Analyt. cap. 35. & text. 38. 3. Metaph. text. 10. item 7. Metaph. text. 5. item 10. Metaph. tex. 6. Nos breviter ita concludimus:

Quicquid verè & realiter predicatur de aliquo, id nequit reipsà esse separatum ab eo.

At Universalia verè & realiter predicantur de singularibus:

E. Universalia nequeunt reipsà esse separata à singularibus.

Et per consequens erunt reipsà in Singularibus. Major certa est exindè, quia ab eo, quod res est, propositio dicitur vera. Si itaque hæ propositiones sunt veræ. *Petrus est homo, Hic homo est animal*. Necessè est, ut realiter convenient *Homo & Animal*, suis subjectis, de quibus dicuntur. E fortiori hoc valet, quia *Universalia essentialiter & intrinsicè dicuntur de singularibus*. Ergò ipsam internam essentiam individuum ingrediatur necessum est.

XVI. Quod si verò *Universale ante multa* aliter accipiatur, ita, ut istæ *Ideæ Platonice* non ponantur extra in aliquo Ubi mundano, sed *in Deo quatenus in mente divinâ conceduntur, Ideæ, ad quas Deus respiciens fabricavit ea, quæ in inferioribus hiscè sunt*; tunc utiq; non debemus simpliciter rejicere *Ideas Platonice*, sed ita non erunt *Universale* quid, nisi for-

B

san

san objective, Confer Baranzan. Summæ philos. Disput. 3. quæst. 3. Dubit. 2.

XVII. *Universale in multis est natura communis in multis individuis præter animi nostri cogitationem existens, vel existere potens, ita ut habeat aptitudinem eam, quâ in multis esse potest. Aliàs appellatur Physicum & concretum Universale. Concretum dicitur, quia illud adhuc cum rebus singularibus contractum, quasi concrevit cum illis: Inde & physicum indigitatur eò, quod tum in rebus physicis potissimum delitescat, adeoque in illis sit mutationibus physicis & accidentibus sensibilibus subjectum, à quibus physica consideratio incipit, Suarez. Disput. Metaph. 6. Sect. 8.*

XVIII. Notanter verò de illo Universali docent auctores, quod quidem sit ipsa natura Universalis, prout in rebus existit, sed hoc modo non sumatur Universale formaliter, ut Universale est: verum materialiter tantum pro naturâ, quæ abstrahi, & Universalis denominari potest.

XIX. *Universale post multa est conceptus in animo positus, collectus ex individuis, qui de multis actu prædicari potest. Combach. lib. Metaph. cap. 21. Ita planius dico. Universale post multa est res vel conceptus objectivus rei è multis individuis erutus, & à conditionibus individuantibus singularem liberatus, & universaliter conceptus, prout est communis pluribus, quibus inesse vel tribui potest. Aliàs vocatur Universale Relatum & Logicum.*

XX. *De Logico hoc Universali notetur discursus Suarezii, qui d. l. ita habet. Universale Logicum dicitur ipsum, Universale in actu, quod per operationem intellectus consurgit. Nam quia Dialectici munus est operationes intellectus dirigere in ordine ad definitiones, divisiones & argumentationes seu demonstrationes rectè & ordinatè consiciendas, quæ potissimum traduntur de rebus universaliter conceptis, & inter se comparatis & coordinatis. Ideò necesse est, ut intentiones rationis sen-*
deno.

denominaciones inde consurgentes consideret. Quamquam non
ita hoc est proprium Dialecticis, quin magis proprie ac per se pos-
sit ad Metaphysicam pertinere, & aliquo etiam modo ad physi-
cam. Et mox; quod si velimus unicuique, quod proprium est, tri-
buere. Metaphysicus considerat propriam rationem Univer-
salis, quatenus & una est in multis, & quicquid ad illam conse-
quitur ratione, qua naturam entis, & ejus proprietates imita-
tur. Dialecticus vero solum per se considerat rationem predi-
cabilis, non quidem ejus quidditatem vel entitatem considerans,
sed solum quoad definitiones vel predicationes conficiendas nosse
oportet. Quod ergo ad presens spectat, & ad convenientem
vocum usum. Omne Universale in actu sub ratione Universalis
Metaphysicum vocemus, sub ratione autem predicabilis Diale-
cticum appellitur. Hac Suarez.

XXI. Præterea sciatur aliud esse Universale in actu,
aliud in potentiâ: *Universale in actu est* natura ab omni indi-
viduatione abstracta, conceptaque per modum Unius entis
indivisi; & communis multis, habentisque proximam aptitu-
dinem, ut de illis prædicetur.

XXII. *Universale in potentia est*, quod non habet il-
lam Universalitatem actualem, sed tantum præbet intelle-
ctui fundamentum, ut illam possit concipere & formare.

XXIII. Hiscè observatis facile innotescit 1. *Univer-
sale proprie dictum non dari extra intellectum formaliter, sed
saltem materialiter.* 2. *Universales & communes naturas esse
reales, & in rebus verè existere:* Cum intellectus eas non fin-
gat aut pingat, sed potius apprehendat, & eas in rebus esse
intelligat, de que illis ita conceptis definitiones tradat, de-
monstrationes efficiat, scientiamque inquirat & constituat.
3. *Universale illud non esse actu, nec extra mentem actualiter in
se existere, sed esse in potentiâ Universalis, quatenus in rebus
datur fundamentum abstractionis seu conceptionis Universalis.*

XXIV. Porro Universale ratione essentia, considera-

etur vel quoad quidditatem suam, vel in modo formandi, quomodo nempe per intellectum formetur: Ubi breviter dico, quod *Universale fiat per abstractionem mentis*, quatenus ex multis singularibus colligitur unum, quod tamen illis omnibus est commune, & iterum illis applicari potest. Quae de re vide *Excell. Dn. D. Jac. Mart. in Exerc. Met. lib. 1. Exerc. 8. the. 9. R. Rod. in Comment. Log.*

XXV. *Quidditas Universalis* tali exprimitur definitione. *Universale est unum quid nomine & ratione, quod aptum natum est pluribus inesse, ita, ut divisim in illis multiplicari possit*, adeoq; etiam de pluribus praedicari queat. *Arist. 7. Metaph. cap. 13.* breviter ita ait, *Universale est, quod aptum natum pluribus inesse.* Nos uno verbo dicimus. *Universale est unum commune, & multiplicabile in multis per modum generis & speciei.* Sic homo, ut species, est *Universale*. Item *Animal acceptum, ut genus, est Universale.* Et ita porro *omne Universale proprie dictum, est vel Genus vel Species.* Confer. *Excell. Dn. D. Jac. Mart. Metaph. Exerc. lib. 1. Exerc. 3. theor. 10.*

XXVI. Hinc duo requiruntur ad completam *Universalis* rationem, nempe *Unitas & multiplicitas aptitudinalis.* *Universale enim formaliter sumptum, nihil aliud est, quam natura quaedam denudata a singularitate, & a Singularium conditione, non determinata certis individuis, loco ac tempore.* Et accipitur *sub duplici ratione, quarum una ad intellectum, secundum quam natura dicitur una:* Unitate scilicet rationis, conveniente illi per operationem intellectus, quatenus natura *universa abstracta a proprietatibus Singularium consecuta est quandam indifferentiam & uniformitatem.* Unde statim oritur *altera relatio, quae est ad plura inferiora, secundum quam natura dicitur esse in multis aptitudinaliter.* Et has relationes nunquam habere potest, nisi in quantum est per intellectum apprehensa *Universalis illa natura.* Conf. *Porphy. fol. 13.* XXVII.

XXVII. Cœterum *Universale* distinguitur in *simpli-*
oiter tale & singularizatum. Illud absolvunt *Universalia*,
quando distinctè & definitivè cognoscuntur. Hoc verò Uni-
versale Singularizatum dicitur *Universale in Singulari exhi-*
bitum, quatenus scilicet natura aliqua Universalis à nobis
confusè cognoscitur, sed repræsentata in certo individuo.
Sic aliàs dicunt Metaphysici, quod *Ens sit primò cognitum*,
prout fortè exhibetur vel in parentibus, vel in aliis objectis
quibusvis. Non tamen indè efficitur *Universale* aliquod Sin-
gulare. Distinguendum enim est inter *Singulare esse*, & *Sin-*
gularizatum esse. Hoc est id, quod per Singulare alicui exhi-
betur, licet in se sit communis natura. Verùm Singulare
est illud, quod ex suâ propriâ ratione includit Singularita-
tem, ut Socrates, Joannes &c.

XXVIII. Deindè *Universale* dispescitur in *magis &*
minus Universale. Undè *maximè Universale* dicitur *Ens* qua-
tenus *Ens*, quod est generalissimum. *Minus* verò *Universale*
dicitur id, quod est inferius & in latitudine contractius.

XXLI. Frequentissima est & illa *distinctio Uni-*
versalis, quâ dicitur vel *univocum* vel *analogum*, prout nem-
pè suis inferioribus tribuitur vel univocè, vel analogicè.
Repetantur ea, quæ supra in *disp. 4. de conceptu univoco &*
analogo dicta sunt.

XXX. Hæc de *Universali*. *Singulare est*, quod *unitate*
numericâ & individuali est determinatum etiam præter mentis
nostræ operationem & cogitationem. Aliàs dicitur *individu-*
um, vel *res individua*, *res singularis* τὸ ἀσύνθετον ἄτομον &c. Sic
Petrus, Paulus, Casparus &c. sunt *singularia*.

XXXI. Aliàs rectè dicitur, quod *singulare*, scilicet in-
dividuum, sit *unum numero*, quod *dividi nequit in plura inferi-*
ora, ut in suo esse *res una* maneat. Saltem enim *Genera &*
Species, hoc est, *Universalia* dividuntur in plura inferiora,
in quibus divisim esse possunt.

XX XII. Vulgò singulare solet describi, quod sit *incommunicabile quoddam*. Quæ descriptio nisi cautè explicetur per incommunicabilitatem ad plura inferiora, tanquàm in species plures vel individua plura, non debet tolerari. Falsa enim est simpliciter sumpta. *Non enim omnis incommunicabilitas constituit Universale, neq; quævis communicabilitas repugnat Singulari*, uti hac de re fufius disputavimus in Specilegio illust. Phil. disp. 10. q. 6.

XX XIII. Multa hîc disputari solent *de principio individuationis*, & intricatè satis: Sed nos quasi uno verbo dicimus: *Quod est principium essendi sive essentia, illud quoq; est principium singularis sive individua essentia*, hoc est, individuationis principium. Natura enim rei uti dat esse verum. Sic etiam est causa sive principium, ut illud esse sit individuum esse. Imò semper constituit hoc aliquod, quod est singulare. Ergò *ipsa natura rei erit sua propria individuationis principium*. Sic quia in corporibus forma dat esse rei in certâ materiâ: Sic etiam *eadem forma dat esse individuum in corporibus*, adeoque est unicum & verum in illis principium individuationis. Sic *entia simplicia uti in esse constituuntur, per simplicem essentiam: ita etiam individuificantur per eandem*, ut ita frustrâ hîc fingatur insulsa difficultas, vide plura in *Exerc. Metaph. Jac. Mart. libr. 1. Exercitationib. 9. theor. 3. & sequentib:*

CAPUT SECUNDUM,

De

COMMUNICABILI ET INCOMMUNICABILI

XX XIV. Fuit prius membrum; sequitur alterum *de communicabili & incommunicabili*, quibus ens denominat-

minatur vel à communicatione, vel non-communicatione.

XXXV. Quod verò aliquod ens sit communicabile vel ex speciebus & generibus constare poterit, imò ex quibusdam rebus variè unitis.

XXXVI. *Communicabile* est una res, quæ alii communicatur vel à quâ participat aliud, sive id fiat quoad possessionem, sive contingat quoad usurpationem.

XXXVII. Sunt autem *varii communicationis modi*. In genere est vel realis vel intellectualis. *Realis communicatio est, quâ plura realiter distincta de uno communi participant*, ut quando calor ignis communicatur ferro vel vox concionatoris auditoribus. Et hæc potest esse quadruplex. 1. *unius essentia ad supposita*. 2. *inter accidens & accidens*. 3. *inter substantiam & accidens*. 4. *inter substantiam & substantiam*.

XXXVIII. *Communicatio essentia unius ad supposita* est, quando essentia una numero existens, & indivisa, est communicabilis multis suppositis. Quale communicabile est *sola essentia divina*, quæ communis est tribus personis sine divisione, & sine multiplicatione essentia. Hæc verò communicabilitas nequaquam comperere potest creaturis ob suam finitatem, quâ sunt conclusæ.

XXXIX. Notanter dico, quod *soli essentia divine* conveniat illa realis communicatio unius ejusdemque rei singularis ad plura supposita, quodque illa *ob finitatem* creaturis non possit competere. Rectè enim docet Reverend. Excell. Dn. D. Jac. Mart. lib. 2. part. Metaph. sect. 5. *Extra divinam naturam talis communicatio non reperitur. Incommunicabilitas igitur huic communicationi opposita, convenit quidem omni subsistentia finita, non tamen*

tamen præcisè ex eo, quod substantia singularis est, sed ex eo tantum, quod finita est. Divina enim essentia licet singularis sit & realiter subsistens, realiter tribus personis realiter distinctis communis est secundum totam suam perfectionem: E conversò, omnis res finita est incapax hujus communicabilitatis respectu plurium & distinctarum rerum per identitatem. Manifestum igitur est communicabilitatem hanc oriri ex limitatione.

XL. Et mox subjungit: Hæc ratio sufficiens & adequata est respectu creaturarum, non verò respectu personarum divinarum. Hæ enim secundum proprias relationes sive proprietates personales sunt hoc modo incommunicabiles per identitatem. Non igitur per limitationem, sed per relativam oppositionem. Quandoquidem ab hac provenit personarum divinarum distinctio, & consequenter incommunicabilitas unius respectu aliarum. Respectu enim creaturarum potius provenit ex eminentiâ & infinitate, ratione cujus identificari nequeunt cum rebus finitis & inferioribus. Hæc ille.

XL I. Communicatio inter accidentia diversa fit, quando duo vel plura in uno subjecto concurrunt arctèque ununtur, propter quam unionem etiam de se mutuò dici possunt affirmatè, ut album est dulce, Theologus est Philosophus.

XL II. Communicatio inter substantiam & accidens fit, quando id, quod accidenti per se competit accidentisque proprium est, etiam tribuitur substantiæ propter in hærentiam accidentis. At humiditatis est difficulter contineri propriis terminis, & tribuitur aquæ propter humiditatem ipsi conjunctam.

XL III. Porrò datur communicatio realis inter substantias diversas, quæ vel sunt separate vel conjunctæ. Inter substantias separatas & subjectis distinctas sejunctas, triplici modo fieri potest communicatio. I. contingit *κοινωνία καὶ μετέκβασις* secundum transgressionem, quâ communicatum, dere-

derelicto communicante, transit in illud, cui communicatur. Sic sonus ex ore pastoris abit ad auditores, illisq; ita communicatur. 2. contingit κοινωια κτ' ἀλλοποιωων, secundum aliū similis productionem, quā non ipsum communicantis proprium commune fit, sed aliud simile, numero tamen diversum producit in altero, & ita producendo communicatur. Sic calor communicatur aqua & aeri, prout ignis calefaciendo alium calorem similem in aere aut aquā producit. Sic pater filio communicat corpus, animam animaq; propria. Quæ communicatio rectè dicitur effectiva. 3. fit κοινωια κτ' χεῖρον, quā aliquid alteri communicatur saltem quoad usurpationem communem. Sic amicorum bona sunt communia, non quoad κτῆσον. Sic enim unius tantum sunt propria, sed ratione usurpationis.

XLIV. Denique fit *communicatio inter substantias conjunctas*, & ad unum suppositum unitas, quæ vocatur κοινωια καὶ ἕνωσον καὶ καὶ σὺνδύασον, eò quod istæ substantiæ, inter quas commūnio esse dicitur, sint unitæ & consociatæ. De quo communicationis genere hodiè multum disceptatur tam apud Theologos quàm Philosophos, ut videri potest in tract. de commun. priorum R. Dn. D. Jac. Mart. peculiariter hac de re conscripto, item in Sobr. Philos. Rev. Dn. D. Meis apud Schröderum & c. Nos in questione illam controversiam expediemus.

XLV. Ita fuit realis communicatio. *Intellectualis fit commūnio*, quando subjecta non sunt realiter distincta, & dicitur communicatio κτ' μεθεξυ, secundum participationem, essentialem. Sic propria generis communicantur speciei, & propria speciei participantur essentialiter ab individuis.

XLVI. Solent hic addere, & *synechdogicam communicationem*, quā proprium partis de toto dicitur. Ut æthiops est albus, nempe circa dentes. Item additur & *mixtio*, de quā videantur physici.

C

XLVII.

XLVII. Deniq; notandum est, quod *κοινωνία & ἔνωσις*, *communicatio & unio sint relata*. Quot modis dicitur unio, tot modis etiam dicitur communicatio & contra.

XLVIII. Unio vel est *essentialis*, quâ plura essentialiter uniuntur ad unam essentiam, ut materia & forma in corpore: Vel *personalis*, quâ duæ naturæ ita uniuntur, ut constituent unam personam, ut in Christo divina & humana natura: Vel *sacramentalis*, ut in Sacramentis divinitus ordinatis: Vel *accidentalis*, quâ plura concurrunt accidentaliter, ut duo accidentia in uno subjecto. Confer tract. de Com. Proprii. R. Dn. D. Jac. Mart. cap. 4.

XLIX. *Incommunicabile* quid sit è dictis facile constare poterit. Nempè tale ens, *quod communicationem aliquam è dictis non admittit*. Ut omne finitum est incommunicabile ad plura supposita. Item singulare ens est incommunicabile ad plura inferiora per multiplicationem, ut è quest. fufius innotescit.

Usus & Abusus.

Termini *Universalis & Singularis* ubiq; sunt frequentissimi. Quomodo igitur eorum accuratior notitia non ubiq; proficit? *Logicus miser erit, qui Universale nesciat discriminare à Singulari & individuo. Scientia nulla fieri potest sine Universalis. Universalium enim datur scientia.* Immo, quæ disciplina consistet, nisi distinctè ponantur Universalis? Non sanè individua considerantur in communioribus disciplinis, sed Universalis. Insigniter faciet hæc doctrina ad *disputationes de primâ substantiâ, de supposito & personâ*. Scilicet hinc innotescit, quod *Singularitas substantiæ non statim ponat esse suppositi*. Ergò falso dicit Goslavius, quod *suppositum nihil aliud sit, quam prima substantia*.
Vicif-

XLIX

Vicissim hinc innotescit, quod esse rei singulare non statim, desinat, si maxime sit commune alterius substantia, vel si cum alio uniat. Falsò itaque clamitant Photiniani, essentiam divinam fieri Universalem, si dicatur communis tribus personis, uti id ex quæst. 2. constabit fusiùs. Doctrina *Incommunicabilis & Communicabilis* non modò utilis, sed maxime necessaria est in articulo de *persona CHRISTI*, quando disputatur de *communicatione idiomatum*.

Abutuntur hac doctrina imprimis Photiniani, depravando naturam *Universalis & Singularis*, quasi Communitas quævis statim faciat Universale, & sublatâ incommunicabilitate statim tollatur Singulare, quod perperam omninò statuitur. Itemque negando *communitatem unius ejusdemq; essentia ad plura supposita*. Sed frustra crepant illius Impossibilitatem, cujus veritatem sacra demonstrant oracula. Deindè Calviniani, ut & alii hæretici nimis fraudulentè hîc sunt in *confusione modorum κοινωλιας*, quando disputatur de *communicatione priorum*, ubiq; confundunt *κοινωλιας* μεθεξω, cum eâ, qua nobis est *κατασυνδυασιν*: Indeque varia neçunt sophismata, variasque eructant calumnias, similiter & alia genera *κοινωλιας* variè commiscet, ut imponant incautioribus. Sed ejusmodi abusus, similesque alios rideamus, & verum usum constanter teneamus.

AXIOMATA.

1. *Omne, quod est, eo ipso, quia est, singulare est.* Hoc est, quæcunq; res in naturâ verè & positivè extra intellectiōem existit, per se singularis est. Philipp. Dialect. pagina 12.

2. *Non omnis incommunicabilitas repugnat individuo.*
Potest enim effectivè communicari, & cum alio uniri.

3. *Singulare non opponitur Communicabili, sed multiplici-
tati aptitudinali.* Hoc enim constituit Universale.

4. *Incommunicabilitas non satis distinguit singulare ab
Universali.* Nam id, quod est commune, non statim est Uni-
versale.

5. *Pro ducto singulari producitur & Universale:* scili-
cet ex consequente, & quidem Universale materialiter
sumptum.

6. *Universalia à singularibus nequaquam sunt separata.*
Nam sublatis substantiis primis mox tolluntur secundæ, ut
rectè Arist. lib. Categ. docet.

7. *Omne Universale est multiplicabile in plura inferiora,
subjecto distincta.* Quia aptum natum est, ut in pluribus divi-
sim existat.

8. *Universale propriè dictum non est extra mentem, sed
duntaxat in mente.* Licet enim materialiter & concretè, si-
vè fundamentaliter sit in rebus, non tamen actu nec forma-
liter. Ita enim confurgit & unicè fit per abstractionem.

QUÆSTIO I.

*An Communicatio priorum è principiis naturalibus
demonstrari possit?*

Quæstio est satis agitata inter Theologos & Philoso-
phos: *An unius substantia propria alteri substantia realiter di-
stincta; sed unita possint communicari.* Calviniani prorsus ne-
gant. Sed sufficientissimè refutantur à Clariss. Phil. D. Dn. Jac.
Mart. Præceptore nostro honorandissimo in libro de communicati-
one priorum, ut & à Theologis, vide Sobr. Philos. D. Meisneri.
Scröderum & c. Nos hac vice natè solw acturi, affirmativam
sententiam statum inabimus & manifestabimus. Scies itaq;
quod non sermo sit de cœmunionè verbali, quâ nomen duntaxat

taxat alicujus proprii tribuitur subjecto: res verò ipsa, quæ
proprie nomine tali significatur, revera non communica-
tur, ut fit in prædicatis tropicis, figuratisvè & falsis. Quomo-
do verbaliter saltem dico: *Herodes est vulpes*, eò quod ef-
fentia vulpis non fit Herodi communicata: quomodo etiam
verbaliter dico: *Papa est sponsus Ecclesie*, nam affingitur hoc
Papæ, nullo autem modo est. Ergò de tali *communione* lo-
quimur, ubi reverà *quoad rem ipsam* propria tribuuntur sub-
stantiæ alteri ob unionem veram & realem. Hic insuper re-
movemus *κοινωνίαν καὶ σύγχυσιν*, quâ propter mixtionem & con-
fusionem propria unius mixtibilis dicuntur de toto mixto:
sicuti hydromel dicitur dulce, quia mel, quod pars est isti-
us mixti, dulce est. *Loquimur enim de κοινωνία κατὰ συνδύασιν,*
ἢ ἐνώσιν, ubi *non confunduntur* substantiæ, quorum propria
dicuntur communicari, sed *saltem uniuntur*, ita tamen, ut
essentialiter maneant distinctæ. De talib. ergò quæritur sub-
stantiis, quæ conjunctæ sunt & *arctissimè unitæ*, essentialiter
realiterque quidem distinctæ, sed *non localiter* disjunctæ aut
separatæ, verum sibi ita unitæ, ut *ad unum suppositum* consti-
tuendum copulentur, seque invicem mutua *ἁπλοῦς* & per-
vazione intimâ amplexentur, qua ratione, quâ unius vi di-
cuntur *συνδεδυασμένα* consociata copulata, & adunita subje-
cta. Hinc status controversiæ & quæstionis nostræ ita brevi-
ter informatur: *An unius substantiæ propria accidentia vel*
διωδικαῖς propria vel actiones propriæ queant communicari alte-
ri substantiæ, ad modum prædictum unitæ, sine confusione ad com-
muniem possessionem, usurpationem & denominationem verè &
realiter ob istam unionem substantiarum arctissimam. Affir-
mant hoc orthodoxi, *declarando* primùm, quam communi-
cationem intellectam velint, nempe eam duntaxat, quæ *per*
συνδύασιν dicitur, & describitur ab illis, quod fit talis *commu-*
nicatio, quâ propter unionem id, quod unius est proprium sine
sui vel multiplicatione vel transfusione realiter confertur alteri
substan-

substantia cuncta ad communem possessionem, usurpationem & denominationem. Hæc descriptio communicationis propriorum, quando observatur & urgetur, tum facili negotio strophæ, insectationes & cavillationes adversariorum vanè venditæ suâ sponte evanescunt. Sic enim rectè ostenditur 1. *causa istius communicationis*, quæ est unio vera & realis substantiarum diversarum. 2. *rejiçiantur communicationis modi improprii* scilicet multiplicatio & transfusio. 3. *ponuntur modi legitimi* scil. denominatio & communis possessio: ubi porro notant, quod possessionis hujus & denominationis non sit *par ratio* in communicante & accipiente. Quando quidem *communicanti* $\pi\epsilon\acute{\alpha}\tau\omega\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\acute{\iota}\sigma\iota\alpha\iota$ & per se insunt illa propria, verum accipienti sive ei, *cui communicatur*, non ita insunt, sed $\delta\epsilon$ $\tau\epsilon\rho\omega\varsigma$, $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\acute{\epsilon}\gamma\sigma\iota\alpha\iota$ & $\kappa\alpha\iota$ $\alpha\lambda\lambda\omicron$, & propterea, quia ipsi communicanti insunt, ut ita accipiens saltem denominetur *dependentè* à communicante. Deinde sententiam affirmativam dextrè explicatam insuper *probando* propugnant. Et quidem variis modis & argumentis firmissimis & exemplis manifestissimis adsertionem hanc corroborare habent. *Rationem unicam hanc invictissimam Calvinianis opponimus:*

Inter qua non leviuscula saltem vel $\chi\epsilon\tau\iota\kappa\eta$ vel $\omega\delta\alpha\sigma\upsilon\tau\iota\kappa\eta$ intercedit unio; Sed arctissima & talis, quasi conferruminata $\sigma\omega\delta\upsilon\alpha\sigma\iota\varsigma$, quæ cum mutuâ $\omega\epsilon\iota\chi\omega\epsilon\theta\eta\sigma\iota$ & immeatione omnimoda est conjuncta; sibi nobilius unitum semper communicat sua propria unita ignobiliori.

At inter quasdam substantias datur ejusmodi arctissima permeabilis unio & $\omega\epsilon\iota\chi\omega\epsilon\theta\eta\sigma\iota$ intrinseca.

E. inter quasdam substantias datur communio propriorum.

Major per se patet. Impossibile enim est, ut substantiæ ipsæ inter se uniantur ad immeationem, & mutuam $\omega\epsilon\iota\chi\omega\epsilon\theta\eta\sigma\iota$ sine communione propriorum accidentium, nisi aliquod accidens

dens repugnet perfectioni substantiarum. Unde dicimus,
quod nobilius unum semper communicet unitæ substantiæ
ignobiliori sua propria; vide *Excell. Dn. D. Meisn. in sob. phil.*
sect. 1. quest. 2. Clariss. Dn. D. Jacobum Martini cap. 16. lib. de
commun. propr. pag. 751.

Minor constat per exempla. *Ignis unitur ferro*, & quidem
ita ut permeet totam ferri substantiam. *Forma* arctissimè uni-
tur *materia* ad constituendam unam essentiam: ubi sanè quæ-
vis portio materiæ est informata. Et ita intimè uniuntur ma-
teria & forma. *Anima* unitur *corpori*, omnesq; partes corporis
permeando animat vitâq; imbuit. Plura vide *apud Clariss. D.*
Dn. Jac. Mart. in lib. huic rei dicato, nempe de commun. pro-
priorum, ubi prolixè & nervosè satis contra Keckerman: &
alios Calvinianos probat communicationem priorum
ἢ σωδύασι. Apparet itaque, quod ob unionem hanc arctissi-
mam priorum communicatio sit concedenda: quod in
his omnibus exemplis detur vera & realis communio non
modo essentiæ adinvicem, sed etiam priorum. Non jam
atingam alia non minora, quibus veritas adfirmationis hu-
jus statuminatur, argumenta. Verissimum quidem est istud:

Quæcunq; nature constituunt unum reale incommunicabile; illæ
inter se sunt communicabiles, earumq; propria adinvicem.
At qui quedam nature realiter distincte constituunt unum in-
communicabile.

E. quedam realiter distincte nature inter se sunt communica-
biles, earumq; propria adinvicem.

Ultraq; pol præmissarum etiam in philosophiâ est certissima.
Similiter etiam hoc est irrefutatum argumentum ab exemplo
Theologico *Christi* desumptum.

Ubicunq; datur realis intrinseca arctissimaq; duarum natura-
rum σωδύασι; ibi datur realis priorum communicatio.
At in persona Christi Θεωῶν datur realis, intrinseca & ar-
ctissima naturarum unio.

E. ib

*E. ibi datur realis priorum communicatio, nempe
inter naturarum Christi propria.*

Sanè minor negari nequit sine Nestoriana blasphemîâ & jam-
dudum damnatâ. Naturarum enim Christi unio non est *ἁπλοῦς*
saltem, aut *ἁπλοῦς*; sed ad unum *ἕνωσιν* unamq; per-
sonam constituendam facta. Sed hisce missis, quæ alibi ab aliis
ad sufficientiam sunt confirmata explicataq; , nos breviter
secundum quæstionis pròpositæ postulatum *è principis natu-
ralibus ἁπλοῦς καὶ ἁπλοῦς* adstruere conabimur. Hanc ergò
in rem adsumimus *è physica materiam & formam*. Ostenso
enim hoc, quod ex Physica communicatio priorum fir-
miter confirmari possit, satisfactum erit quæstioni. Duo ita-
que ex principis physicis in exemplo materiæ & formæ con-
tra adversarios demonstrabo: tum quod *totam physicam adverte-*
tur Calvinianis communicationem priorum καὶ ἁπλοῦς
negantibus, quodque hæc illorum opinio, omnia principia phy-
sicæ destruat: tum deinceps, quod communicatio prioro-
rum firmiter & infallibiliter demonstratur *& fundetur in prin-*
cipis naturalibus. Sic ergò primum ab absurdo ratiocinor:

*Quicumq; negat unionem formæ cum materia; ille to-
tam physicam & omnia natura principia destruit:*

*At negans communicationem priorum formæ in suâ
materiâ, negat etiam unionem formæ cum mate-
ria permeabilem.*

*E. negans communicationem priorum formæ in sua
materiâ, totam physicam negat, & omnia natura
principia destruit.*

Major certissima est. Etenim principia physica omnia fun-
dantur in corpore naturali, quod forma unita materiæ in-
trinsecè constituit. Tolle jam illam unionem essentialem
materiæ & formæ, & ipsum corpus naturale erit sublatum.
Si hoc, ubi manebit physica? Hæc enim nihil aliud est, quàm
repræsentatio corporis physici coram mente per principia,
affecti-

affectiones & species. *Minor* autem ex eo confirmatur, quod propria accidentia formæ radicentur in ipsâ formâ, & ita arctè inhæreant ubiq; & semper formæ, ut nequeant esse sine illa, nec non esse per naturam, ubicunq; illa est. Quod omninò nullus philosophorum inficiari aufit. Hinc jam infallibiliter hæc eliciamus conclusiones, *1. ubicunq; forma est, ibi etiam naturali & physica necessitate semper sunt propria forma.* Et contra. *Ubi propria forma sunt: ibi etiam est ipsa forma.* Illa namq; per naturam nullibi esse possunt, ubi non sit *πεῶν* ipsorum *δενυδόν*, è quo fluunt, & in quo unicè recipiuntur subjectanturq;. *2. Ubicunq; forma non est; ibi neq; propria forme sunt.* Ratio patet è proximâ primâ propositione. Et contra: *Ubi propria forma non sunt; ibi nec est ipsa forma.* Hæc enim secundum naturæ ordinem, per naturæ vim, & per naturæ principia (de his autem unicè jam disputamus) nunquam est, nec unquam esse potest denudata suis propriis accidentibus, quæ immediatè, per se & semper dimanant necessitate physica ex essentiâ formæ. *3. Cui unitur forma; illi etiam communicantur propria forma.* Non enim potest substantia formæ intimè cum alio consociari; quin illud simul de iis accidentibus, quæ consociatæ & unitæ substantiæ inhærent, participet. Imò *nobilius uniens propter a sibi unit aliam substantiam, ut etiam suas proprietates ipsi det ad præstanda munia, ob quæ sunt unita.* Sic quid materiæ prodesset, si substantia nuda formæ ipsi esset unita, & non simul actus ejus? Ut sanè *finem suum* consequantur, & præstent id, quod in corpore debent præstare, non modo unio substantiarum requiritur, sed insuper priorum accidentium communis possessio & usurpatio: quippe sine suis accidentibus nil quicquam præstare possunt substantiæ corporeæ, ut & omnes finitæ. *4. Cui propria forma non communicantur; illi neq; ipsa forma unitur:* Ratio patet è dictis: cum per naturæ vim formæ substantia non sit denudata suis proprietatibus: imò sine suis accidentibus

D nequit

nequit compositum perficere forma. E. communicet simul necessum est, & propria sua materia. Apparet ergò ex his immanè quantum opinio Calvinianorum repugnet primis omnibusq; physicæ principis: quam absurda sit, quomodo totam physicam neget, & omnia naturæ principia destruat. Quocirca jam, ostensâ absurditate, quæ ex negatione communicationis propriorum sequitur, porrò nos ostendemus, quod nostra assertio affirmativa de communicatione propriorum in physicis principis unicè fundetur: & ita principis naturalibus optimè demonstrari possit. Sit ergò pro affirmativa nostræ quæstionis parte è physicis principis eruta & deducta hæc conclusio:

Ubiunq; datur realis, intrinseca & permeabilis unio ad unum aliquod compositum constituendum, & ad operationes compositi perficiendas; ibi necessario quoque danda est realis propriorum istius essentia communicatio.

At in materia informata datur realis, intrinseca & permeabilis essentia formarum unio ad unum compositum constituendum, & ad operationes functionesq; compositi omnes perficiendas.

E. in materia informata necessario quoq; danda est realis propriorum forme communicatio.

Sic autem satis evicta est nostra quæstio, quod scilicet è principis naturalibus queat demonstrari communicatio propriorum. Minorem enim nemo poterit negare, nisi vehementer insanire velit. Omnes enim physici semper uno ore inculcant, quod forma cum materia constituat unum Ens per se, intrinsecè materiam actuando & perficiendo, & ad certam speciem determinando. Major similiter è modò dictis liquidò constat. Et insuper probatur ex vulgari esto: qualis unio, talis communicatio. Sic forma communicat materiae actum, actuando illam & informando. Et contra: forma fit divisibilis à materia. Vide Clariss. Dn. D. Jacobum Mart. in lib. 2. de loco cap. 29. Sic anima corpori dat vitam, sensum, motum, quæ sunt propria animæ, non corporis. Et tamen corpus, illa accipit ab anima, diciturque exindè vivere, sentire & ambulare. Sic oculus videt, lingua gustat, aures audiunt; cum tamen hoc non habeant à se, ut patet in corpore demortuo & animâ carente. E ab anima per communicationem accipient. Eant nuac Keckermanniani, omnesq; alii Calviniani, & porrò contra totam physicam omniaque naturæ principia communicationem propriorum perversè abnegent. Nos immotam nostram retinemus sententiam, quod communicatio propriorum *ἢ ὁμοῦ ἢ ἑτεροῦ* solidè fundetur in principis naturalibus: iisque optimè queat demonstrari.

Quæ.

QUÆSTIO II.

An, & quomodo singulare sit Incommunicabile?

Tritum verbum est: *Singulare est Incommunicabile.* Sed ut tritum, ita periculosum est, nisi dextrè teneatur. Mox enim hæretici Photiniani occlamitant: Essentiam divinam esse singularem. Ergò etiam esse Incommunicabilem. Ergo illam non posse esse communem tribus realiter distinctis personis. Hic sanè ut quid illis impiis clamoribus reponendum sit, in promptu habeas, cautè seduloque circumspiciendum erit. Nos itaque hic duo potissimum exquiremus. Primò ostendemus, quod *non omnis communicabilitas repugnet singulari.* Deinde inquiremus quousque verum sit illud decantatum verbum: *singulare est Incommunicabile*: ut nimirum appareat verus ejus sensus: & qualis Incommunicabilitas in illo intelligatur. Quoad prius sic tene: *Communicatio est vel Effectiva vel Quiditativa.* *Effectiva communicatio* dicitur, quâ quid per modum efficientis alii communicat Essentiam. Hinc statim apparet, quod *hæc communicabilitas non repugnet singularibus.* Etenim effectivè generans omne, quod tamen verè singulare est, communicat essentiam genito. Sic patris essentia singularis generando similem communicat filio suam essentiam. *Quiditativa communicatio* est, quâ communicans communicat essentiam alii, sic, ut istud *ad complementum essentia hujus intrinsecè pertineat.* Et hanc Clariss. Scheib. iterum facit duplicem. Vel enim aliquid est *communicabile ut Quo, vel ut Quod.* *Communicabile ut Quo* est tanquam forma, qualiter docet Scheibl. lib. 1. Metaphys. cap. 7. tit. 2. n. 15. *Forma enim communicat se composito*: sic, ut id, quo compositum est *hoc aliquid*, sit forma. Hinc rursus apparet, quod *neq; hæc communicabilitas repugnet singulari.* Etenim forma singularis; v.g. *Anima Petri*, est *communicabilis supposito*, nempe *Petro*. Sic omnis pars essentialis, licet sit singularis, & individua, est *communicabilis ad totum.* Sic etiam secundum analogiam pars parti est *communicabilis.* Verum *communicatio ut Quod est*, quâ aliquid communicatur pluribus inferioribus, ita ut in illis plurificari possit, & de iis prædicetur essentialiter, & prædicatione directa. Sic animal est commune homini, & bestia tanquam pluribus inferioribus. Et *hæc communicabilitas repugnat nature singularis.* Sic itaque constat quoad prius, quod non omnis Incommunicabilitas repugnet singulari: sed saltem illa essentialis, quæ dicitur ut *Quod*. Jam ex his dictis facile erit posterius illud expedire: Quo scilicet sensu dicatur singulare esse Incommunicabile. Bre-

viter è dictis secundum Scheiblerum dicerem: quod Singulare si Incommu-
nicabile, ut Quod, nempe ad plura inferiora. Sed tamen ulterius attende. Sin-
gulare & Universale opponuntur. Ergo, quod per se competit singulari, non
erit attribuendum Universali. Nec contra, quod constituit Universale, po-
test assignari singulari. Hinc ex oppositione Universalis & Singularis inclares-
cere est; quid proprie constituat singularitatem, vel quid ipsi repugnet.
Universale est unum quoddam commune. Ergo singulare erit aliquid
communitati huic oppositum. At verò quemadmodum non quævis com-
munitas constituit universale: sic etiam non quævis communitas oppo-
netur singulari. Non enim est ratio, cur illa communitas, quæ Universale
non constituit, neq; ipsi, prout tale est, competit, non possit aut debeat
attribui singulari. Quippe in illa communitate non fit oppositio. Porro
igitur Universale dicitur unum aliquid commune multis. Ergo singulare non
erit commune multis. Hic autem rursus observandum adest, quomodo
Universale dicatur commune multis. Non enim simpliciter id, quod com-
mune est multis, denominatur Universale. Sic enim omnis substantia
creata est communis suis pluribus accidentibus, etiam realiter distinctis:
Et tamen est singularis. Sic qualitas permeando alia corporis accidentia
illis fit communis: licet sit, & maneat singularis. Compleamus ergo rati-
onem Universalis hoc modo. Universale est commune multis inferioribus: adde
etiam ut in illis divisim possit multiplicari. Sic ergo Singulare non erit commu-
ne multis inferioribus per modum multiplicabilitatis. Et hoc jam modo re-
ctè dicitur, quod Singulare sit Incommunicabile. Apparet itaque, quod falsò
dictitent Photiniani: essentiam divinam non posse esse communem tribus personis:
cum sit singularis. Constat enim è modo dictis, quod etiam singulare ad-
mittat aliquam communitatem, & quod possit aliis etiam realiter distin-
ctis communicari. Deinde similiter apparet, quod per illam communita-
tem non fiat Universale quoddam. Nam ad universale non sufficit quævis
communitas; sed communitas multiplicabilis ad plura inferiora: ut in hoc
consentiunt accuratiores Metaphysici omnes. Vide Dn. D. Jac Mart. in
Exerc. Metaphyf. lib. 1. Exerc. 8. Hoc saltem syllogismo quæstionem ex-
peditam damus.

Quæ communitas sola constituit universale; illa sola repugnat singulari.

At communitas ad plura inferiora per multiplicationem sola constituit universale.

E. Communitas ad plura inferiora per multiplicationem sola repugnat singulari.

Et per consequens secundum hanc solam singulare dicitur incom-
municabile.

SOLI DEO GLORIA.


AB: 67 $\frac{5}{c, 10}$


ULB Halle

003 357 104

3







B.I.G.

Farbkarte #13



17

ONUM
 CARUM
 XTA,

LI & SIN-
 RI,

ILI ET IN-
 ABILI,

numinis
 IO

CHARFII,
 densis Saxonis,
 Adjuncti,

IM ACADEMIA
 bmittit

L BURGENSIS

s à. 7. matut.
 eteri,

RGÆ,
 TIANI THAM,
 gr.

XXIV.

